

kat.komp
40651
I
Mag. St. Dr.
P

Fol. 1689.

FACULTAS

Recipiendi, & inscribendi Christi Fideles ad Archi-Confraternitatem Rosarianam.

Frater Hyacinthus Starzenski Prior Provincialis per Albam Russiam & Lithvaniam Provinciæ Sancti Angeli Custodis, Ordinis Fratrum Prædicatorum Salutem, & perpetuum Sanctissimi Nominis JESU, ac Beatissimæ Virginis MARIÆ Cultum.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE
4065 I T.

Gloriam, & Honorem Sanctissimi nominis DEI, nec non cultum Beatissimæ Virginis Mariæ per utrumq Sacratissimum Rosarium vi instituti nostri Prædicatorij, quantum in Domino possumus, promovere, & augere volentes, harum serie nostriq authoritate Officij Vobis Adm. Rndo Dno Francisco [illegible] [illegible] [illegible] Damus, concedimusque facultatem, quatenus possitis, & valeatis Devotum Populum Christianum ad Archi-Confraternitatem Rosarianam Sanctissimi Nominis JESU, necnon Beatissimæ Virginis Mariæ Matris DEI, secundum præscriptam, & à Sancta sede Apostolica approbatam Formam recipere, Eorum nomina Albo Rosariano inscr[illegible] Rosaria benedicere, Absolutiones Genera[illegible] ratribus, et sororibus Rosarianis in articulo mortis constitutis, cum indulgentia Plenaria impertiri, cæteraque omnia Officia Promotorum hujus Confraternitatis peragere, cum Gratijs, Privilegijs, ac In-

dulgentijs ſibi a Sede Sancta Apostolica concessis, & annexis. Ut vero Fideles Christi a vobis in hanc Societatem cooptandi uberius, fructuoſiusque ditentur Spiritualium Gratiarum Thesauris, obsecramus vos in Domino, ut omnes pro ijs acquirendis ad Vos accedentes, de fine hujus utriusque Rosarij moneatis; de Legibus, & Obligationibus instruatis; Privilegia, Gratias, Jndulgentias in vita, in morte & post mortem concessas, explicetis. Nomina autem inscribendorum ad proximiorem Eccleſiam Ordinis Prædicatorum transmitattis. Hæc Facultas valebit pro vestra Persona ad vitæ tempora, quam nemini concedere aut transfundere poteritis. Et hoc in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunque. In quorum Fidem his ſigillo Oficij nostri munitis, manum propriam appoſuimus.

Conservus in Domino

F. Hyacinthus Prär [illegible]
[illegible]

SPO

SPOSOB PRZYIMOWANIA

Do Arcy-Bractwa Nayświętszey Maryi Panny, y NAYSŁODSZEGO IMIENIA JEZUS.

Naprzód przed Ołtarzem Sacratissimi Rosarij ma się mówic Psalm 122.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in Cælis.
Ecce sicut oculi servorum, in manibus Dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum DEUM nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri Domine, misere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.
Psalm: Laudate Dominum omnes gentes, &c.
Omnis quicunque invocaverit Nomen Domini, salvus erit.
Sub tuum præsidium &c. Kyrie eleyson &c.
Pater noster &c. Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo.

℣. In omni tribulatione & angustia.
℟. Subveniat nobis pia Virgo Maria.
℣. Sit nomen Domini benedictum
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus qui nobis sub mystico Sanctæ DEI Genitricis Rosario, singula Vitæ, & mortis, ac Resurrectionis, nec non gloriæ tuæ mysteria repræsentas: da quæsumus, ut quotquot hujusce plantationis cultores adsciscimur, Cælestis horti

ti sertis triumphalibus coronari mereamur.

Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis & Beatæ Mariæ semper Virginis patrocinijs confidentes, a cunctis hostibus redde securos.

DEUS qui gloriosissimum Nomen JESU Christi Filij tui Domini nostri fidelibus tuis fecisti summæ ſvavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum: concede propitius, ut omnes, qui illud venerantur in terris, Sanctæ consolationis in præſenti, & in futuro gaudium interminabilis beatitudinis obtineant. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Potym osoba, która ſię chce wpiſać, niech swiecę gorejącą w ręku trzymając mówi:

Ja N. N. Ciebie Nayświętſza Panno Marya Matko Boża, dziś sobie biorę za Pratronkę, y Orędowniczkę moję, proſząc Cię, abyś mi we wſzystkich potrzebach moich, i czaſu śmierci moiey przytomną była. Naymiłosiernieyszy Panie JEZU Chryste, oddaję się dziś, i ofiaruję za ſługę twego (za ſłużebnicę twoię wieczną) wiecznego do Bractwa Rożańca Nayſłodſzego Jmienia twego, w którym obiecuję ſłużyć do śmierci: a dla uſzanowania iego odrzekam się krzywoprzysięstwa, bluznierstwa, y używania nadaremno Imienia twego Swiętego, wſzelkiego przeklęctwa, y złorzeczeństwa, obiecuję y innych od tego odwodzić, y przestrzegać. Proſzę cię tedy JEZU nayłaſkawſzy, racz mnie przyjąć, y policzyć między ſługi twoje, y dopomoż mi, abym ci w Rożańcu twoim, gorącym affektem ſłużył, (ſłużyła) y zaſłużył (zaſłużyła) sobie łaſkę twoję, y zbawienie wieczne. Amen.

Zatym Kapłan wpiſze Jmie Osoby, y przyjmie mówiąc:

Autho-

Authoritate DEI Omnipotentis, & Beatæ Mariæ Virginis, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, nec non Sancti Patriarchæ nostri Dominici, recipio te (vel vos) ad Archi-Confraternitatem Sacratissimi Rosarij Beatæ Mariæ Virginis, atque Sanctissimi Nominis JESU, & facio participem (participes) omnium meritorum totius Sacri Ordinis Prædicatorum, & omnium gratiarum, & Jndulgentiarum, a Summis Pontificibus huic Societati concessarum; cæterorumque bonorum omnium, Missarum, orationum, vigiliarum, & disciplinarum, quæ a Confratribus hujus Archi-confraternitatis exercentur, ut multiplici suffragio Sanctorum adjutus (adjuti) vitæ æternæ præmium, ac Regni Cælestis sedem consequi merearis (mereamini) & ut in vita ac in morte, & post mortem, horum beneficiorum fias paticeps. (fiatis participes) In Nomine Patris, & Filij & Spiritus S. Amen.

PRZYIMOWANIE

Do Arcy-Bractwa Rożańca Swiętego po Polsku.

Powagą Boga Wszechmogącego, y Błogosławioney Maryi Panny, Błogosławionych Apostołow Piotra y Pawła, także S. Dominika Patriarchy naszego, przyimuię cię. (was) do Arcy-Bractwa Rożańca S. Błogosławioney Maryi Panny, oraz Nayslodszego Jmienia JEZUS y czynię uczestnikiem, (uczestniczką, uczestnikami) wszystkich zasług Przeswietnego Zakonu Kaznodzieyskiego, y wszystkich łask, Odpustow tęmu Arcy-Bractwu pozwolonych, y innych dobr wszystkich, Mszy modlitw, niespania y dyscyplin, które się przez współ-Bracią

cią tego Arcy-Bractwa dzieją, abyś (abyście) wielorakiemi Swiętych zasługami wsparty, (wsparta. wsparci) żywota wiecznego nadgrodę, y Królestwa Niebieskiego stolicę osiągnąć zasłużył, (zasłużyła, zasłużyli) y abyś (abyście) wżyciu, śmierci, y po śmierci tych łask, i dobrodzieystw stał się (stała się stali się) uczestnikiem, (uczestniczką, uczestnikami) w Jmie Oyca, y Syna, y Ducha Swiętego. Am:

Deinde aspergat aqua benedicta, & dicat.

Benedictio DEI Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen.

BENEDICTIO ROSARII.

℣. Adjutorium nostrum in Nomine Domini,
℟. Qui fecit Cælum, & terram,
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiscum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

O R E M U S.

Omnipotens & misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum Unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, de Cælis in terram descendere, & de Beatissimæ Virginis Mariæ Dominæ utero Sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, Crucemque ac mortem subire, & tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli, obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa Rosarij in honorem & laudem ejusdem Genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua Fideli dicata benedicas ✠ & Sancti ✠ fices, eisque tantam infundas virtutem Spiritus S. ut quicunque, horum quodlibet secum portaverit, atque in

domo

mo ſua reverenter tenuerit & in eis ad te
undum ejusdem Sanctæ Archiconfraterni-
is instituta, Divina contemplando mysteria
ote oraverit, ſalubri, & perſeveranti devo-
ne abundet, sitque consors, & particeps
ium gratiarum, Privilegiorum, & Jngul-
arum, quæ eidem Societati per Sanctam
em Apostolicam concesſa fuerunt, ab omni
te visibili, & invisibili ſemper, & ubique
hoc ſæculo liberetur, & in exitu ſuo ab ipſa
Beatisſima Virgine Maria DEI Genitrice tibi
plenus bonis operibus præsentari mereatur:
Per eundem Christum Dominum nostrum. A.

Postea Roſarium Aqua benedicta aſpergatur.

ABSOLUTIO GENERALIS
Jmpertienda in Articulo mortis
C o n f r a t r i b u s
SACRATISSIMI ROSARII.

Dicto ab Jnfirmo Confiteor DEO. &c. vel in
ejus loco ab Adstantibus, Sacerdos dicat: Mi-
ſereatur tui &c. Jndulgentiam &c. Deinde

Dominus noster JESUS Christus Filius DEI
vivi, qui Beato Petro Apostolo ſuo dedit
potestatem ligandi, atque abſolvendi, per ſu-
am pijſsimam miſericordiam recipiat Confes-
sionem tuam, & remittat tibi omnia peccata
quæcunque, & quomodocunque in toto vitæ
decursu commisisti, de quibus corde contri-
tus, & ore confeſsus es, restituens tibi stolam
primam, quam in Baptismate recepisti. Et per
Jndulgentiam plenariam, a Summis Pontifici-
bus Jnnocentio VIII & Pio V. Confratribus
Sacratiſsimi Rosarij in articulo mortis consti-
tutis conceſsam, liberet te, a præſentis ac fu-
turæ vitæ pænis, dignetur purgatorij crucia-
tus

tus remittere, portas inferni claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per Sacratissima suæ vitæ, passionis, & glorificationis mysteria Sanctisimo Rosario comprehensa. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto Deus unus vivit & regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

BENEDICTIO CANDELARUM
Archi-Confraternitatis Sacratissimi Rosarij.

℣. Adjutorium nostrum in Nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Dominus Vobiscum

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

Domine JESU Christe Lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde per intercessionem Virginis Mariæ Matris tuæ, per quindecim ejus Rosarij mysteria, Benedictionem tuam ✠ super hos cereos, & candelas, sanctifica eas lumine tuæ gratiæ, & concede propitius, ut sicut hæc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras, corda nostra invisibili igne, ac Spiritûs Sancti splendore illustrata omnium vitiorum cæcitate careant, ut puro mentis oculô cernere semper possimus, quæ tibi sunt placita, & nostræ saluti utilia, quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui vivis & regnas, cum DEO Patre in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. A.






Biblioteka Jagiellońska
stdr0024698